Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8326
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De natura septem planetarum

Sciendum naturas planetarum et virtutes eorum et quomodo vagantur
in conspectu summi regis · Saturnus est nocivus super progrediens
per passus · Saturnus quando regnat multum si tunc pugnat eius partus
et amat deserta futurus valde flebilis · iste saturno regnante mor-
bus patuit et quia plures tunc temporis moriuntur · Saturnus est dulcis
et lenis · Saturnus annis in duodenis complet cursum suum et motu suo
deinceps cunctis sit notum

Jupiter est secundus planetarum et est calidus et humidus creditur quod valde timi-
dus verumtamen non est valde nocivus

Mars est tercius planetarum quem nosco sevum et amarum amari-
tudine esse plenum

Sol est aureus et radiosus · sol est calidus et luminosus · sol
est dux qua totus orbis terrarum · sol est medius planetarum
Sol quando venit ad virtutem capitis mei incedit et tunc producit
flores varios

Venus est quintus planetarum et est similis cristallo et rubenti
metallo · Illa venus non conficit dampna plura · Venus
quando regnat multum si tunc pugnat eius partus erit instabilis

Mercurius est sextus planetarum sic in spera stellis lucerna
Mercurius frigidus terre dominatur

Luna est septimus planetarum et est infimus omnium planetarum an-
cilla non potius regina nam plus est gaudia · luna quando regnat
multum si tunc pugnat puer qui in subeo nascitur erit tardus piger
tristis et mutabilis efficitur et raro ridet et raro letatur hoc anima
lune datur ·